



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Prima Duo Sæcula Complectens

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 13322648

§. 20. Secunda Epistola S. Petri.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66002)

Sæculum I. bello anno J. C. sexagesimo sexto gesta,
 A. C. 66. memoratu digna erant.

§. XXII.

S. Petri secunda.

Hier. epist. Circa hujus anni finem, aut sequentis
150. ad He- initium Apostoli SS. Petrus, & Pau-
dib. qu. 11. lus ultimas dedere Epistolas. Secunda
 S. Petri stilo a prima aliquantum differt,
 quia nimirum pro occasione diversis u-
 tebatur interpretibus. Ad eosdem di-
 recta est, nempe ad Fideles in Asia, Pon-
 to, Cappadocia, & vicinis Provinciis di-
 2. *Petr. 3. 1.* spersos, ait enim Apostolus: *Ecce secun-*
dam vobis scribo. Etiam paulo ante mor-
 tem ejus scriptam fuisse, noscitur ex ver-
 1. 14. 15. bis: *Certus sum, me brevi ex hoc tento-*
rio egressurum, id est, ex corpore, sicut
Dominus noster Iesus Christus mihi indi-
cavit. Faciam autem, ut post mortem
habeatis, meæ Doctrinæ monumentum.
 1. 10. Deinde exhortatur, ut bonis operibus vo-
 cationem suam certam reddant, & firmi-
 1. 16. 17. ter teneant Doctrinam, quam eos docuit,
 non ex vanis rumoribus, sed ocularis te-
 stis gloriæ Jesu Christi, cum in monte
 Thabor testimonium æterni Patris ipsi
 redditum audierit.

3. 2. Doctrinam Prophetarum, & Aposto-
 lorum commendat, præsertim S. Pauli, in
 3. 15. *cujus Epistolis, inquit: sunt res quædam intel-*

intellectu difficiles, quibus, sicut & aliis Sæculum I.
Scripturis ignorantes in suam perditionem abutuntur. A. C. 66.
 Addit; sacram Scripturam sensu privato non esse exponendam, I. 20.
 quoniam non voluntati humanæ, sed Spiritus S. inspirationi originem debet; monet, ut a Pseudo-Prophetis caverent, & II. I. 12.
 Pseudo-Doctoribus, qui Jesum Christum Redemptorem negabant, veram Doctrinam, quam ignorabant, blasphemantes; II. 3.
 qui fallaci sermone animarum mercaturam faciebant, ut suæ avaritiæ satisfacerent; qui potestatem superiorem contemnebant, in semetipsis complacentes; II. 10. 13.
 qui desideriis carnis, & impuris cupiditatibus serviebant; in voluptatibus transitoriis, conviviiis, & deliciis felicitatem suam ponentes, noxiis affectibus pleni, & alios obtentu libertatis seducentes. Sic II. 19. 19.
 postquam mundum reliquerant, Jesu Christi Doctrinam professi; redibant ad vomitum.

§. XXI.

Hæresis Nicolaitarum.

Hæretici, quorum in hac Epistola S. Petrus mentionem facit, quosque cum Balaam discipulis comparat, erant Nicolaitæ, a Nicolao septem Diaconorum Hierosolymitarum uno nomen sumentes. Iren. l. I. c. 27
 Huic Nicolao erat uxor formosa, cum- Clemens
 que Alex. 3.
Strom. Euf.
III. hist. c. 29